




SYNODVS
DIOE CE SANA
MAIORICENSIS.
Celebrata præside Illus. & Reveren. Dño,
D. Ioanne Vich, & Manrique, Dei, &
Apostolicæ Sedis gratia Episcopo
Maioricen. Anno 1597.



MAIO. Ex Typographia. Gabrielis Guasp.
Anno M.D. LXXXVII.

C O N V O C A T I O
A D S Y N O D V M D I O E C E
S A N A M C E L E B R A N D A M

Dominica tertia post Pentecosten,
quæ computabitur x v. Junij anni
præsentis & infra scripti.

1597.



Vim , non solum in antiquis sacerorum canonum cōstitutionibus verum etiam in his , quas proximē sacrofanea Tridentina & generalis Concilij patrū celebritas , nō uno fœtu reduxit ; sub præscriptionis forma habeatur expressum , nē quarūuis Dioceſium Præſides , signatas in annos ſingulos Synodorum conuocationes pratermittant : & nos vtrisq; enixē obtēperare morigeri Satagamus ; ideo nunc cūm primū fauimus animo ſtrenues & carū curarum intricatione liberi / quæ noſtrum conatū haētemus ad ea integranda compulerunt . quæ maiorem minitabantur ruinam & promptius medicamē ex poſcebant , ad ſerias videlicet negotiorum grauiū compositiones & aduifitandam perluſtrādāq; totā hanc noſtrā Dioceſim) Synodi iam pridem celebre celebrationem iterū denuoq; parantes Nos D. Ioannes Vich , & Mārique Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Ep̄s. Maio. & de cōſilio ſuæ Regiæ mageſtatis , Vos Illuſt. ac multum Re. dños inferiores Prælatos , dignitates obtinentes , Canonicos & Capitu lum , Præpositos , ac venerabiles Eccleſiarū Recto

res , Priores , Vicarios aliosq; presbyteros curam
animarum exercentes , ac Illustres ac multiū mago-
nificos Iuratos Reipublice Patres, ceterasq; secula-
res personas , quibus dicta Synodo adesse cōueniat,
Hortamur & monemus , vobisq; in virtute sancte
obedientiae , & alijs penitē iure impositis districte
præcipiendo mandamus , vt his nostris litteris per-
ceptis , personaliter(aut per procuratores legitimos
si infirmitate vel alio legitimo impedimento detenti
fueritis) accedatis ad nostrā cathedralē Ecclesiam
Dominica tertia post Penthecostē , quæ computa-
bitur xv. mensis Iunij proximē ventura presentis ,
& currētis anni. Ut diuina afflāte aura , Deiq; præ-
tenso auxilio , de causis ad Ecclesiam spectantibus ,
de cultus diuinī augmēto , de comprehendendis refor-
mandisq; excessib; tollendis vē abusibus , & de-
mū decūntis , que ipsi Synodo pertractanda reser-
uantur , maturius tractemus , proponente quolibet ,
quod sibi proponendum videatur , aut remedio op-
portuno egere iudiceatur. Alioqui absentia vestra
non obstante , accusata contumacia ad celebra-
tionem prædictæ Synodi , pro vt iuris fuerit pro-
cedemus. Dat. Maio. in Epali Palatio die X.
mensis Maij anno M D L X X X X V I I.

D. Ioannes Vich Eps Maio.



T ipsis die & anno , per vnum ex ve
nerabilibus nostris Cathedralis Ecclesie
Hebdomadarijs , in pulpito eiusdem
maioris templi , claro vocis concentu ,
fuerunt haec presentes litterae publicatae . Et preterea
idem sona harum publicatione fieri , curie cursorum
ministerio , in una quaque extraiacentium Parrochi-
arum deinde audiuntur . Tandem ipsas ab Ecclesiæ
valuis pendentes diuturna dies habuit ; ut omnis ig
norantia locus maneret absorptus .

Actio Prima Synodi.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Patris &
Filij & Spiritus sancti . Nos D . Ioannes Vich &
Manrique Ep̄s Maio . in praesenti Synodo dioce-
sana actu præsidens , quam sub Beatissimo Dño n̄o
Clemēte VIII . regnante Invictissimo Rege Catho-
lico Philippo secundo , congregari iussimus , priuū
omnium ab invocatione predicta exordium sumen-
dum esse duximus . Et considerantes quod , ex quo
Christus ascendit in altū (cum ille recellerit , qui lux
splēdidissima est) vesper adest nocti vicin' & nox
tetra caligine denigrata imminet : nos autem sine eo
nihil possimus facere , nisi , quasi Apostoli parūper
derelicti , magno diuinim statim indormire : cla-
mamus cum discipulis mane nobiscū dñe , quoniam
aduerserascit . Hoc est , dirige Sancte Pater Præsidi
iuridictione . Suggere obsecro Patris Sapientia con-
vocatis prudentiā . Affla amabo bone Spiritus tuam

gratiam & sanctā directionem. Sic enim manere dig-
noscetur , qui nobiscum esse adusq: seculi consumma-
tionem promisit. Iam tandem in nomine domini,
cum Principe Apostolorum Petro rete laxantes , &
Sanctorum Patrū ac Sacrosancte Synodi Tridētinæ
Patrum vestigia sequuti , fidei (quæ columnæ est,
perenni immobilitate , firmissima) professionē, eo,
qui sequitur , orationis contextu præmittimus.

Credo in unum Deum, patrem omnipotentem,
factorem cœli, & terræ, visibilium omnium, &
imvisibiliū ; & in unum Dominum Iesū Chris-
tum , filium Dei unigenitum , & ex patre natū ante
omnia secula : Deum de Deo , lumen de lumine, De-
um verum de Deo vero; genitum; non factum, con-
substantialem patri, per quem omnia facta sunt, qui
propter nos homines , & propter nostram salutem
descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu Sancto
natus ex Maria virgine, & homo factus est: crucifi-
xus etiā pronobis sub Pōtio Pilato, passus & sepult⁹
est ; & surrexit tertia die secundum scripturas , &
ascendit in cœlum, sedet ad dexterā patris: & iterum
venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos:
cuius regni non erit finis : & in Spiritu Sanctum
dominum , & vivificantem , qui ex Patre , Filioq;
procedit; qui cum Patre, & Filio simul adoratur, &
conglorificatur , qui locutus est per Prophetas : &
vnam sanctam Catholicam, & Apostolicā Ecclesiā.
Confiteor unum baptisma in remissionē peccatorū:
& expecto resurrectionem mortuorum, & vitam
venturi seculi. Amen.

Apostolicas

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquiasq; eiusdem Ecclesie obseruationes & constitutions firmissimè admittimus, & amplectimur. Item sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, admittimus. Nec eum unquam nisi iuxta unanimem consensum Patrum accipiemus, & interpretabimur. Profitemur quoq; septe esse verè, & propriè sacramenta nouæ legis, à Iesu Christo domino nostro iustituta ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremamunctionem, Ordinem & Matrimonium: illaque gratiā conferre: & ex his Baptismum Confirmationē, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoq;, & approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in supra dictorum omnium sacramentorum solenni administratione recipimus, & admittimus. Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplectimur & recipimus. Profitemur pariter in Missa offerri Deo verum, propriū & propitiatorium sacrificium pro viuis & defunctis: atq; in Sacerdotio Eucharistiae sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus & sanguinem viam cū anima, & Divinitatem domini nostri Iesu Christi, fieri conversionem totius substantiæ panis, in corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem. Quicquid conuersione Catholica Ecclesia transsubstantiationē appellat,

Fatemur etiam sub altera tantum specie totum, atq;
intregum Christum, verumq; sacramentum sumi.
Constanter tenemus Purgatoriū esse, animasq; ibi
detentas fidelium sufragijs iuuari. Similiter & Sanc-
tos cōfitemur vna cū Christo regnantes venerandos
atq; inuocādos esse: cosq; orationes Deo pro nobis
offerre: atq; eorū reliquias esse venerandas. firmiter
asserimus, iuagines Christi, ac Deipare tēper virgi-
nis, nec nō aliorum Sanctorū, habendas & retinēdas
esse, atq; eis debitū honorem & venerationē impar-
tiendam. Indulgentiarū etiam potestatem à Christo
in Ecclesia reliq̄ā fuisse: il aruinq; usum Christiano
populo maximē salutarem esse affirmāmus. Sanctam
Catholicā, & Apostolicā Romanam Ecclesiā oīum
Ecclesiarū matrem ac magistrā agnoscimus. Roma
noq; Pōtifici, Beati Petri Apostolorū principis suc-
cessioni, ac Iesu xpi Vicario, verā obediētiā spōdem⁹,
ac iuram⁹. Cetera itein oīa à faciis canonib⁹, cœcu-
menicis Cōcilijs, ac p̄cipue à Sacro Sancta Tridentina
Synodo tradita, difinita, & declarata indubitāter
recipiūm⁹, atq; profitemur. Simulq; cōtrarja oīa, atq;
hereses quascunq; ab Ecclesia dānatas, & rejectas, &
anathematizatas, nos pariter dānamus, reiiciimus, &
anathematizāmus. Hanc verā Catholicā Fidē, extra
quā nemo saluus esse potest, quā in p̄senti spōte pro-
fitemur, & veraciter teneimus, eandē integrā, & inui-
olatam ad extremū vitæ spiritū cōstantissimē (Deo
adiuūate) retinere, & cōfiteri, atq; à nostris subditis,
seu illis, quorū cura ad nos in munere nřo spectabit,
teneri, doceri, & pdicari, quātū i nobis erit curaturos.

Synodus

S Y N O D V S D I O E C E
S A N A M A I O R I C E N S I S
C E L E B R A T A D I E X V.

Mensis Iunij Præside Illustrissimo &
Reuerētissimo D. D. Ioanne Vich,
& Manrique Dei, & Apostolicae
sedis gracia Episcopo Maiori.

Anno 1597.

Decretum 1. Ut pro qualibet Missæ celebrazione elargiantur tres solidi pro eleemosina eorum ministrorum sustentatione.

Elapso illo fœlicitatis tempore, quo Apostoli, & Ecclesiæ Dei ministri, sine faculo, & sine pera, nullam præterea habentes solitudinem, quid æderent aut biberent, mitti poterant: iam nunc temporum calamitas, eò nos euexit gubernacula tenentes; ut de similium ministrorum substitutione curam maximam habere cogamur; presentium cùm vietus, & vestitus in hac nostra Diocesi in tanto sint pretio; ut Ecclesiæ Dei ministri, vix, immo nec absq; dedecore, ex distributionibus sustineri queant. Ideo, annuente Synodo, statuimus, & ordinamus; ut post hanc, pro qualibet Missæ celebratione, tres solidi, pro eleemosina, ac ministrorum substentatione, elargiantur. Et præterea in mandamus, vt Christi pauperum tutor diligentissime (quantum ad se attinet) hoc decretum seruari faciat.

A s

Decretum

Decretū 2. Christi fideles vtriusq; sexus in sua
propria Parochiali Ecclesiā, semel in āno
saltem, tempore scilicet Paschatis
Sacram Communionem sumere
teneantur.

Nemini dubium esse potest, quin Parrochi, &
anīmarum curam habentes, ad instar summi
Pastoris, oues suas cognoscere debeant; cum
sint velut Medici; & ita singulis animabus sibi com
missis medicamenta spiritualia accommodata exhibere teneantur. Ideo, & ne amplius aliquot scandala,
cum maxima anīmarum iactura sequantur; stabili
mus, approbante Synodo, ac decretis summorum
Pontificum iuri communī inhærendo; vt quilibet
Christi fidelis vtriusq; sexus teneatur, tempore sal
tem quadragesime, proprium adire parochium, ab
eo sacram communionē accepturus: non autem
post hac, proprio pastore, propriaq; parochia dere
licta (vt solitum erat fieri) maiorē Ecclesiam siue
sedē, pro precepto cōmunionis adimplēdo, adeant.
Qui verò extra parochiam suam cōfiteri eo tempore
voluerint: is proprio parrocho testimoniu cōfessarij
in scriptis exhibere teneantur.

Decretum 3. Vt Ordinariorum liber aliquot
vetustatibus expurgetur & in
meliorem formam redas
tus imprimatur.

Vt rā

Veritus, & ceremonię, que in hac nostra Diocesi obseruari solent, magis indies audientium animos ad deuotionem excitent: de consensu Synodi, iniungendum duximus; ut liber ordinario rum ab aliquibus vetustatibus expurgetur; & ad meliorē concentum reducantur omnia, quæ ad sacra mentorum administrationem pertinent. Quibus summa diligentia peractis, typis illum mandari, & in lucem prodire iussimus.

Decretum 4. *vt, qui gratia recepti fuerint,
non intersint beneficiatis de
aliquo admittendo
tractantibus.*

QVia vidimus lōgo dissidio singulorū sententias disseptare super his, que decretū octauū, vltimō celebratæ Synodi, disfiniuit, an scilicet Sacerdotes, āte prefatę Synodi celebrationē, pūctuum facti participes, voto, vel aliquibus distributionibus priuentur; ideo de Synodi consensu, declaramus, presbyteris, ante eius Synodi cōuocationem adiūsis, nulum ius eo decreto fuisse ademptum; exceptō dum taxat, quòd, cæteris de admissione aliorum denuo facienda tractantibus non intersint ipsi; nec in eo ius aliquod ferendi suffragiū habeant. His verò ita explicatis, reliqua eius decreti verba suo robore integra remaneant.

Decretum 5. *quo tempore diaini officij
bafsinarijs liceat petere.*

Quoniam

Quoniam sacrificia peragentibus presbyteris, perseuerant eleemosynarum receptores toto templo vagari, pias elargientium manus, magna sacrorum perturbatione, disquirentes: & indictum est iam, publico edicto, quo tempore aucte id præstare liceat; ideo cum Synodo, ibi præcepta seruanda esse mandamus.

Decretum 6. Ut processiones omnes Sacratissimi Christi corporis solennitatis infra octauas persolvantur ex ne monachi extra claustra in illis egrediuntur.

Abasus, & excessus, qui in celebratione processione corporis Christi fieri consueverunt, ut longa experientia comprobauimus, nos compellunt devotioni interessentiū consulentes ut, annuente Synodo, precipiamus, omnium parochiarum processiones, intra octauas tantum solennitatis Corporis Christi fieri: & nullos religiosos in his peragendis extra claustra egredi.

Decretum 7. Ut non possint Parochi plures tribus sine sedis concionatione in humeris funeribus conuenire.

Multi suorum defunctorum funera, sancta profecta pietate cōmoti, placitu magno, exequiarū frequentia, sepelienda ut carent; diuersarum parro-

parrochiarū sacerdotes accersunt, qui funeralia officia seruatis cérémonijs peragant. In quo nīę Metropolitana Ecclesiæ laudandam consuetudinem sequuti, approbante Synodo, statuimus nē parrochię plures tribus, in funeralibus quibuscūq; de cetero conuentant, quin ad hoc peragendum Sedes siue Ecclesia maior vocetur. Tribus autem parrochijs, vel duabus liceat funeris pōpam absoluere sine sede; & eo tūc earum quælibet crucis vexillum portare poterit.

Decretum 8. quando debent parrochi pro populo celebrare.

Cupientes, ut p̄ munere sua suis humeris vniuersisq; onera subleuet, sancimus, vñā cū Synodo, illos Rectores ad celebrandum pro populo quotidie teneri, qui hoc pr̄stare cosueuerunt, quibus in visitationibus ordinatum, & iniunctum fuit.

Decretum 9. ut medianam campum pulsent pro extremaunctione, cuius uis sit sine aliqua statuum distinctione.

Vix, imo nīc vix quidē, oīa omnibus fieri posse parrochos conspeximus, atq; ita nequaquam sperari; vt vni concilientur hodie, quin eodem, vel altero saltem die, dissideant alteri: & indies contingat, pernitioso ore corrodi ab aliquibus: quò iam minor

minorī cymbalo iam infirmi conditionib⁹ īpari,
sonuerint ; cum Sacræ vñctionis olcum ad infirmos
defertur. Ideo, iniūgimus d⁹ Synodi assensu, vt inpos-
rūm vna semper eadēq; media cāpana sonet, quoties
Extrema vñctio ministrāda fuerit, volētes vt in alijs,
imora sonit⁹, & breuitate cōsuetudo sedis obseruetur.

Decretum 10. *vt quod superest eleemosinarum
semel compensatis ex recitatis matu-
tinis, ad horas distribuatur.*

EX assidua piarum animarū vltimæ voluntatis
dispositione , in legatis ad matutinas horas per-
soluēdas resultauit in aliquibus Ecclesijs ; vt nu-
merus inatutinarum numerū dierum anni excedat:
ita vt in toto āni curriculo p̄solui nō possint. Quare
nē pīc animę suodebito frustētur suffragio, ordinam⁹
hac nřa in Synodo vt in p̄dictis Ecclesijs, quod sup-
est de dictis inatutinis in alijs horis diurnis elargiatur.

Decretum 11. *vt soluantur 4. denarij
Rectori seu Vicario publicanti
monitorium.*

CVm sua cōdigna merces laborati de iure debca-
tur ; turpēq; videatur ferēti pōdus diei & æstus
vesperi denariū adimere: iccirco, ratione cogēte,
& Synodo in hoc cōueniēte assignamus 4. denarios
Rectori seu Vicario , pro laboribus , quos impubli-
candis litteris monitorialibus subire conting.

Decretum

**Decretum 12. de examinatoribus in Synodo
electis ad examen eorum qui se
vacantibus Ecclesijs
opposuerint.**

Decretis Sacri Tridentini obtemperantes examini illorum , qui vaccaturis Ecclesijs parochialibus sunt præficiendi , sequentes doctores , cum Synodi approbatione , quorum nomina hæc sunt.

D. Raphael Alberti , Canonicus.

D. Ioannes Torrens.

D. Ioannes Stelrich.

D. Hieronymus Augustinus Morla.

Fr. Antonius Reus ordinis Sancti Dominici.

Fr. Michael Morey ordinis Sancti Francisci.

Ad causas Ecclesiasticas , & Spirituales , quæ ad forū Ecclesiasticū pertinēt , in partib^z à Sede Apostolica , vel eius nūtijs , seu legatis cōmittendas , sequētes in hac Diocesi Maio. iudices nominantur.

D. Gregorij Forteza I. V. D. Archidiacon^z & Cano.

D. Hieronymus Forteza Decanus & Canonicus.

D. Gulielmus Callar Canonicus.

D. Hieronymus Garau Canonicus.

Deo Iesu Christo , æterni Dei , æterno filio , animarū nřarum bis terue sponso suauissimo , honor , & gloria .

F I N I S.

E

99

